Νίτρον(;) Χαλάστρα.

XLVI. Non est differenda et nitri natura, non multum a sale distans: et eo diligentius dicenda, quia palam est et Medices, qui de eo scripsere, ignorasse naturam, nec quemquam Theophrasto diligentius tradidisse. Exiguum fit apud Medos, canescentibus siccitate convallibus, quod vocant halmyrhaga(3). Minus etiam in Thracia juxta Philippos, sordidum terra, quod appellant agrium(4) Nam quercu cremata nunquam multum factitatum est, et jam pridem in totum omissum. Aquae vero nitrosae pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densata. Optimum copiosumque in Litis Macedoniae,(7) quod vocant Chalastricum, candidum, purumque, proximum sali. Lacus est nitrosus, exsiliente e medio dulci fonticulo. Ibi fit nitrum circa canis ortum novenis diebus, totidemque cessat, ac rursus innatat, et deinde cessat. Quo apparet

Ἐγκ. φυσ. ιβ Βιβλ. XXXI. σ. 443.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

---

(3) Ἁλμυράγα, nomine ducto partim ex sapore, quem habet subsalsum, partim ex eo quod erumpit e terra, ac sponte efflorescit. Hard.

(4) Agrium Ἄγριον, silvestre H.

(7) Litis Macedoniae. Clytis. Vat. Chytas. Geographi collocant in ora sinus Macedonici, ubi est promontori-

Νίτρον. Χαλάστρα. Χαλαστραῖον

Quo apparet, soli naturam esse quae gignat: quoniam compertum est, nec soles proficere quidquam, quum cesset, nec imbres. Mirum est et illud, scatebra fonticuli semper emicante, lacum neque augeri, neque fluere. His autem diebus, quibus gignitur, si fuere imbres, salsius nitrum faciunt: aquilones deterius, quia validius commovent limum. Et hoc quidem nascitur. »

---

um Chalastraeum. Dal — in Litis . . . . .
est enim Lete sive Lite, ut diximus lib. IV c. 17.
Macedoniae oppidum remotum a mari, cujus in agro ille nitri ferax, quod veteres scriptores Chalastraeum, sive Chalastricum appellarunt, ab oppido Chalastra, quod est in proximo sinu, e quo evehebatur. Hard.

Λεξ. Σ. Λασκ. « Χαλάστρα πόλ. Μακεδονίας Στραβ.
,, ,, « Χαλαστραῖον, τὸ, ἐνν. νίτρον ἢ ῥύμμα· ἅλας ὀρυκτόν, γεῶδες κάρφα, εὑρισκόμενα ἐν τινι λίμνῃ παρὰ τὴ Χαλάστρα (π. Μακεδ.) γ ἀνθ. σάπωνος ὡς καθαρτικὰ τῶν φορεμάτων χρησιμεύουσα. Πλαθ. σελ. 4. 430. »

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ